

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Jonstoni Historia Naturalis

Ioann. Jonstoni|| Historiae Natvralis|| De|| Exangvibvs|| Aqvaticis|| Libri IV||

Jonston, Jan

Heilbrunna, MDCCCLXVII.

VD18 90529022


Illustration: Tab. XIII. Chama aspera Bellon [...]

urn:nbn:de:gbv:45:1-11100


Chama aspera Bellon.



Chama Louis Rond.




Chama nigra Rond.



Chama glaucum moridis.




Chama Plicata.




Ostrea marina.




Ostrea marina Rond.




Ostrea siliquaris Rond.



Ostrea gaidro poda.



Spondylus Aldro.



Pecten.




Pecten Versicolor.



Pecten minor castaneus cum animali.




Pecten asper.




Pectines ali Aldro.



Pectunculi.





hendum aquam, illud ad rejiciendum excrementum. Habent et μήκων, ut conchae caeterae. Latere magis protuberante semper hiant. Facile a calidotanguntur: quamobrem mox hiantes sua labra pandunt, et faciliter examinantur, si longius secesserint a mari. In arena cum Tellinis capiuntur. Moveri a se, et sedes in littore mutare comperiet, qui eas in vase aqua pleno immerserit; quod Veneti ut minus exanimes servent, faciunt. Non elotae propter arenam respuntur: recentes elotae et adhuc vivae Tellinis non sunt posthabendae. Differentias earum varias Aldrovandus posuit, quem in Iconibus vide.

Aldrov. l. 3. c. 60. Sub Laevi comprehenduntur, *Piperata*, *Nigra Bellonii*, *Nigra Rondeletii*, *Glycymeris ejusdem*, et *Peloris*.

Piperata Bellonii *Biverone* quibusdam Italica dicitur, non tam quod ob piperis saporem sitim excitet, quam quod perpetuo bibat, neque diu sine aqua servari possit, atque in forum allata et aquae immersa geminam atque oblongam exerat ligulam, ut cochleae modo perpetuo fitiens moveri percipiatur. In coeno degit, et usque adeo tenues testas habet, ut transpareant. Cardinibus non junguntur invicem infarcitis, sed nervo ut ostrea. Labra habent laevis magisque in rotunditatis ambitum circinantur quam Tellinae.

Aldrov. l. 3. c. 61. *Nigra Bellonii* robore testae cum aspera facile certat: nec crenas ita profundas in labris habet. Peloride quoque major est et dulcior. Ideo glycymeridem putat.

Nigra Rondeletii est testis oblongis, laevibus, duris, spissisque ac veluti marmoreis. *Glycymeridibus* fa-

Aldrov. l. 3. c. 63. por carnis dulcis nomen imposuit, factique earum Macrobius mentionem. Sunt majores quam Pelorides, testa oblonga mytulorum fluvialium testae modo, sed duriore et spissiore, rugosa, non tamen ob id aspera, ex albo rufescente, carne et succi bonitate Peloridi similes. Sunt qui Gly-

cyamaridas vocant. Aldrovandus Pelorides majores Athenaei esse credit. Frustra vero Corycia in Plinio ad Chamas glycymeridas referas. Macedones enim, teste Aegeandro, conchas asperas οὐρίης ut Athenieses οὐρίας, id est, arietinas vocant. Macrobius in coena aditiali Lentuli appositas fuisse dixit.

*Macrob. Sa-
turn. l. 5.
Aldrov. l. 3.*

Pelorides non tam a luto, (scribi deberet πηλώρεις) quam vel a magnitudine: πελάριοι five πέλωρει significat τὸ μέγα νῆστον, id est magnum et prodigiosum, vel a Peloro Siciliae promontorio, juxta quod optimae reperiuntur, nomen fortitiae sunt. Athenaeus eas uno loco ex sententia fortasse Philili a Chamarum genere segregasse videtur. Duabus conchis constant, ut Rondeletius reliquit, quae nunquam ita junguntur, quin semper hient, seu vivo seu mortuo animali, etiam sine calidi contactu. Eae oblongae sunt et laeves, ex albo purpurascentes, in medio connexae. Caro intus alba est, quae etiam contracta, tota testa vix capi potest, extenta longior multo est, rotunda, spissa pudendo virili non absimilis, digitii medii crassitudine. In extremo altero foramina duo apparent, alterum oris est rotundum, alterum excreimenti. Bellonius a calcinellis differre scribit, quod turbinationi et grandiori corpore constent. Calcinellae enim, inquit, compresiore sunt forma testa translucida, ac multo quam Chemaeloji teneriores, Media autem est inter asperam et laevem constitutione et natura. Non enim ita horret ut aspera, neque ita glabrescit ut laevis, albo praeterea ac fulvo emblemate distinguitur.

*Bellon. de
Piscib. l. 2.*

Ejus caro durior est, quam Tellinarum. Diphilus copiosum bonumque succum lignere tradit. Labra earum, addit idem, sunt crassula, et tam arcte connexa, ut nisi vi aperiantur, et saepe etiam rumpantur, priusquam os aperiant. Hucusque Bellonius.

Ustus.

